Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6719
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



124

omnes viæ et reconcilientur vobis nec vos deserat in tempore malo. GE. Convertere domine aliquantulum et deprecare super servos tuos. ℣. Dominus refugium factus es nobis a generatione et progenie.

Deus. Omn. Domine supplicationibus nostris: ut esse mereamur te largiente et inter prosperitates humanas: et inter adversitates securi. P. Sapientiae. Miserere nobis deus noster et respice nos et ostende nobis lucem misericordiæ tuæ. Et mitte furorem tuum super gentes quæ non exquisierunt te: et cognoscant quia non est deus nisi tu: ut enarrent magnalia tua. Allevia manum tuam super gentes alienas: ut videant potentiam tuam. Sicut enim in conspectu eorum sanctificatus es in nobis: sic in conspectu nostro magnificabis in illis. Ut cognoscant te sicut et nos cognovimus quia non est deus preter te domine. Innova signa et immuta mirabilia. Glorifica manum et brachium dextrum. Exerce furorem: ira: et effunde ut. Exterminate adversarium et afflige inimicum. Festina tempus: et me